

quàm sit invisa atque execrabilis Deo. Est autem ariolatio et idololatria, de qua statim, res quam Deus et prohibet severè, et punit acerbè. Quare inobedientiam cum re longè turpissimâ et execrabilè vehementer componit. Aut quia in hac non est quàm in illâ minor offensio, quod non puto, quia hic aliquid hyperbolicum, ut in aliis sæpè locis intueor, aut certè quia inter ariolum, idololatram et inobedientem, non levis est similitudo. Hebraicè *Kesem* ad omne genus divinationis patet, sicut etiam latinè *ariolatio*. Sed cum multe sint divinandi, seu ariolandi formæ, certè tamen alicui *arioli* nomen attributum est. Est autem *ariolus*, ut tradit Isidorus l. 8 Etymol. c. 9, qui falsos consulit deos, sicut etiam augur et aruspex, sed speciali quodam modo, unde nomen traxit: « Arioli, inquit, « vocati, propterea quòd circa aras idolorum « nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, quicquid celebratibus demonum responsa accipiunt. » Cujus sententiam postea plurimi secuti sunt; similitudo autem inde petitur, ut ait hoc loco Gregorius: « Quia qui « repugnant prælatorum imperiis, idèò utique « repugnant, quia divinam voluntatem se scire « meliùs aestimant. Quasi ergo peccatum ariolandi est repugnare, quia, velut contempto « divino altari, ad aras demonum responsa « percipiunt, dum cordis sui præstigiis « ac superbis adventionibus credunt, et sacralibus prælatorum consiliis contraria sentiendo refragantur. » Vide quid præterea in hanc sententiam dicat Gregorius lib. 53 Moral. cap. 10. Vide item Bernardum serm. 3 de Resurrectione, et l. de Ord. vite.

Quia hic locus illustrissimus est, et pro religiosâ observantiâ planè gravissimus, libuit in ejus explicatione immorari plusculum. *Ariolari*, ut diximus ex Isidoro, ex eo dicitur quòd homines superstitiosi atque impii aras adeunt demoni consecratas, ut inde sumant oracula, quæ in rerum suarum administratione et morum œconomia, quasi viæ duces et magistros sequan-

« manet semper concordia, videat ille quàm « graviter peccat, qui debitam exhibere suis « majoribus reverentiam non curat. » Et pluribus interjectis, hanc obedientiæ palmam assignat: « Sola obedientia est, quæ fidei meritum « possidet, sine quâ quisque infidelis convincitur, etsi fidelis esse videatur. Hinc per Sathanonem dicitur in ostensione obedientiæ: « Vir obediens loquitur victorias. Vir quippe « obediens victorias loquitur, quia dum aliè « næ voel humiliter subdimar, nosmetipsos in « corde superamus. »

(Corn. à Lap.)

tur. Quod in omni hominum ordine turpissimum est, cum Dei oracula jam dudum habeant, quibus suæ vitæ rationem instituant, et Deum habeant ubique sibi familiarem, à quo possint precando lucem accipere, quam ipse verè humilibus, et divinæ voluntatis explende studio negare non solet. Sed hoc in religiosis planè est intolerabile, qui domi habent divinæ voluntatis interpretem, quem sui loco Deus vicarium sufficit, et sicut se ipsum audiri voluit, nisi quando, quod perarò contingit, prælati responsio divinæ sit responsioni, id est, legi ac voluntati contraria. Vide Bernardum lib. de Dispensat. et Præcepto. Vox prælati vox est Dei, atque idèò Deus prælati vocem, quam suam esse docuit, interdum assumit. Basilius in Constitut. Monast. cap. 25, antistitem Dei personam sustinere hoc modo confirmat: « Qui vos audit, me audit; qui vos « spernit, me spernit. Quod Apostolus dixit, « intelligendum est in communi sanxisse legem « in posterò, qui aliorum futuri erant mode- « ratores. »

Quia ergo Deus regendo atque instituendo Samuelem Heli sacerdotem præpositum, illius assumpti vocem, et cum semel et tertio Samuelem vocasset, ad Heli quamprimùm advolvit, quia Heli sacerdotis vocem audiebat. Consulebant gentes idola, minùs tamen Deus in illarum errorem et stultitiam indignabatur, quia neque tabernaculum habebant aut oraculum, quod in rebus duris aut ambiguis adirent, sicut Israelite, quibus hoc planè celeste perfrugium benignus indulisit. Quare cum Ochozias, lib. 4 Reg. c. 1, graviter è casu foret afflictus, nuntios misit, qui de morbi successu consulerent Beelzebub deum Accaron; ad quem Deus cum his mandatis misit Eliam: *Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, idèò de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.*

Ex hac metaphorâ facile religiosus intelliget, prudentiam suam, quam consulere vult, ubi superioris, id est, Dei voluntas sese prodit, idolorum obtinere pondus et nomen; neque aliter esse existimandum religiosum, qui à superioris mandato ac voluntate, ad suam prudentiam transfigit consulendi gratiâ, quàm qui à divino oraculo, ad impias idolorum aras consilii capiendi gratiâ se convertit, quod ariolorum proprium esse diximus. Unde Gregorius in eo putat laborare fidem, qui divinâ voluntate propositâ, rationes querit alias

et aliena consulta. Sic autem ille l. 53 Moral. cap. 10: *Si enim quasi ariolandi peccatum est, repugnare, et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere, sola est obedientia quæ fidei meritum possidet, sine quâ quisque infidelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur.*

Nunc videndum, quo modo Saül juxta prædicta judicari possit ariolus, id est, si relictâ Dei arâ, à quâ verum accepisset responsum, ab impiis idolorum aris sciscitetur oracula. Jam sæpè Deus quid de Amalecitarum rebus statuisset ostenderit, et quemadmodum illorum vellet extinguere memoriam, ita ut ex eo genere nihil esset reliquum. Primum, Exod. 17, v. 14, et Deuter. 25, v. 19, deinde hoc loco verbis adeò disertis, ut quid à se factum Dominus vellet, dubitare non posset. Sed ille quasi contemneret, aut non probaret divina consulta, quia aut iniqua essent, aut Israeliticis commodis importuna, ad alias aras sese convertit, alia petit oracula à suâ suorumque prudentiâ, quasi in illâ quidquam esset lucis, offenso et repugnante Deo. Jubet Deus, ut percat Amalec, sed contra humana prudentiâ judicat durum esse et proorsis inhumanum, antiquum illud genus extinguere; perire regem luculentum et nobilem, et quem digna imperio species commendaret. Neque prudentis esse consilii pretiosas vestes, quæ ornamento esse possent Israelitidi genti, aboleri flammis; neque præterea fas esse illis carere exuviis militis, quorum studia atque labores non alio modo compensari poterant. Deinde non satis videri religiosum ac piùm, ut oves pingues et armenta crassa atque nitentia concisa ferro aut humi putrescerent, aut canes alerent et corvos, et non potius sacras aras suo imbuerent sanguine, et holocausta ex illo grege surmerentur et victimæ quæ et Deum colerent igne sacro combusta, aut tabernaculi ministros alerent. Sic meditantur humana judicicia contra divinum, ac tandem ex hæc ratiocinatione, quæ vocari potest *idolorum responsio*, concludunt isti impudentes arioli, contra quàm esset à Domino constitutum, parendum esse regi, pretiosis ornamentis et vestibus, et ex egregiis optima quæque servanda, et satis videri præcepto satisfactum esse divino, si quidquid esset reprobum ac vile, ferro ac flammâ perderent.

Et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Eadem penè est, et quia valde notabilis, rursus iterata sententia. In eâ tamen, licet pertentive, aliquid video discrimen. Ariolus

oracula consultit, neque aliud agit quàm ut in dubiis lucem, et futurarum rerum multò antea certos ac ratos à divino responso (sic enim illi fallaces dæmonis voces, aut signa vocant) exitus inveniat. At idololatra ad hanc impietatem aliquid addit, idque non leve: adoratur enim idola, quasi in illis aliquid putet esse divinum, et honores impendit, qui uni debentur Deo. Consultit quidem ariolus exta, et animalium viscera rimatur, avium cantus observat, pythones consultit, et à diabolico vexato spiritu, non tamen hæc qui consultit adoratur. At idololatra supplex accedit ad demonum simulacra, thura libat, odores incendit, victimas immolat, et se denique patet et obsequentem præbet. Id verò suo modo facit, qui judicium suum divino aut superiorum judicio præferendum putat; suis etenim consiliis obsequitur, aliena respuit. Hanc Gregorius ad hunc locum statuit inter ariolum et idololatram differentiam: « Arioli, inquit, divina « cognoscere, atque absconsa divinare nituntur; idololatra autem figmentis se venerando subdant. » Deinde cur idololatra dici debeat, qui suo se judicio submittit, edocet: « Nolle, inquit, acquiescere idololatriæ sceleris « simile dicitur, quia nimirum inobedienciæ « suæ obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmentum in corde, quasi idolum, « non gestaret. Et dum conceptum mentis « propositum se acturum deliberat, quasi ad « adorandum simulacrum se inclinat. » Vide reliqua.

Ubi Vulgatus: *Quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere*, hebraice est: *Ve aen uteraphim ha pesar*, id est, ut exponit Pagninus: *Et idobam et theraphim transgredi*. Tigurina: *Offirmare animum peccatum est idololatriæ*. Septuaginta: *Injustitia, et theraphim labores et dolores inducunt*. Chaldaicus: *Sicut peccata hominis, qui errat post idola, sic est peccatum hominis qui addit ad verba prophetarum*. Et Rabbini, quem doctorem et ducent habuit Cajetanus: *Iniquitas, et theraphim cogere*. Tot adduxi versiones, quia illarum quælibet aliquid habet ad rem moralem opportunum et grave. Mitto explanationes alias; illam tantum expendo quam Septuaginta et Cajetanus adducunt. Illi, *dolores et labores reddunt*; iste, *cogere*; utrumque valet *parar*. Quod sanè ostendit quàm sint ingrata simulata obsequia, quæ externam tantum obijciunt pietatis speciem, cum tamen absit ab illis quàm longissimè pietas, et quæ appellari religio possit; quæ si vera est, ani-

nam quoque cum muneribus donat, à quo habent sacrificia et munera, ut grata sint. Talia fuerunt hæc quæ à rege victore producta sunt, quæ eum ad altare cultro subijceret, voluntatem tamen sibi retinuit, cum plura sibi servavit ex præda, neque iudicium suum divino subiecit, quando suo potius abductus est arbitrato quam regendum se divino permisit. Hæc sacrificia dolori sunt Deo, et labori potius quam voluptati. Quod Deus ipse satis ostendit aperte, cum dixit Isaiæ c. 1, v. 11: *Holocæusta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum, et agnorum, et hircorum nobis.* Et statim v. 14: *Facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.* Hæc non invitant aut allicitur Dominum, sed cogunt et vexant; quemadmodum si quis delicatum stomachum compellat poculum haurire ex absinthio et felle, aut cibum sumere, ad quem magno fastidio nauseat. Hæc omnia faciunt sacrificia isthæc simulata, à quibus abest animus, et tantum apparat externa sanctitatis species, quæ internam celet malitiam, et turpi quodam lenocinio facum obducit sanctitatis. Ubi Isai. c. 64: *Quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ; Chaldræus: Sicut frusta panni, quæ ponuntur super plagam.* Quæ Bernardus appellat *velamen malitiæ.* Qui ergo Dominum offerret splennium aut pannum quibus saniosa teguntur ulcera putri infecta et fetulento humore, ex virulentâ plagâ, ille sanè vim faceret invito et fastidienti stomacho, non alliceret aut permlceret avidum et appetentem.

PRO EO ERGO, QUOD ABIECISTI SERMONES DOMINI, ABIECIT TE DOMINUS, NE SIS REX. Hic jam aperte denuntiat Propheta inobedientiæ accommodatam et quasi legitimam pœnam; neque enim imperare aut debet, aut potest prudenter et utiliter, qui parere nescit aut recusat. Neque imperio dignus est qui voluntatem suam alique iudicium non subiecit divino. Quocirca reprobationis eam causam dicit esse Samuel, quia Dei præceptum reprobavit Saül, dum anteposuit suum, neque solum Amalecitarum opes et personas anathemati cadicæ devotas non delevit, sed etiam armenta et pecudes, quæ Deus fuerat exerat, ad altare produxit. Quasi sceleratorum bona, maxime cum affectus abest obsequens animi, gratum esse possit et acceptum obsequium.

VERS. 24. — PECCAVI, QUIA PREVARICATUS SUM SERMONEM DOMINI ET VERBA TUA, TIMENS POPULUM, ET OBEDIENS VOCI EORUM (1). Vix tandem

(1) Rupert. in Apoc. c. 2: « Humilitatem

vocem illam penitentiæ indicem expressit Propheta ex ore Saülis, tunc videlicet, quando neque factum negare potuit, aut præcepti ignorationem obtendere. Neque tamen illud, *peccavi*, vox est animi verè penitentis, sed ejus qui penitentiæ simulatione atque umbrâ aliquod à se malum removere studet. Cujus argumentum est, quia à se culpam in populum derivat, cujus oblitus studio atque petitioni non potuit, et conservare cupit suam apud populum aestimationem; idque ut per Sanuelem obtineat, supplici voto atque obsecratione contendit. Sanè quem verè poenitet, neque de honore retinendo satagit, quem peccando videtur jure prodidisse, neque umbram quærit, quem obtendat culpæ quam exeratur et odit. Ita putat Lyra, Cajetanus, Angelomus, et communitur alii cum Gregorio. Qui prudenter notat non prius Saulem dixisse, *peccavi*, quam audivisset regnum aliò esse translatum. Quare non tam de peccato doluit, quam quòd idèò mulctandus esset regni jacturâ. « Saül obedire Deo refugium, perdere et regnum timens, quid aliud nobis, quam suæ perborum mores insinuat? Qui cum pre-

« primam, ait, reliquit Saül, neque penitentiam egit, dixit quidem: *Peccavi*; sed non humiliter dixit aut sensit. Addit enim: *Sed et nunc honora me*; honorem ergo vel gloriam non Dei, sed suam istâ confessione merari et voluit. » Et S. Bern. serm. 46 in Cant.: « Numquid, ait, profuit Saül, quòd se ad increpationem Samuelis peccasse confessus est? Culpabilis procul dubio fuit illa confessio quæ culpam non diluit. Quomodo enim humilem contennere confessionem humilitatis magister? et cui humiliter dare gratiam certè ingenuum est, omnino non poterat non placari, si quæ in ore sonuit, in corde radiasset humilitas. »

(Corn. à Lap.)

Saül dicit à Samuel: *J'ai péché.* On ne voit plus dans la suite de tout ce qui est dit de Saül que le malheur d'un homme qui tombe de précipice en précipice, et qui est devenu méprisable aux yeux de Dieu, depuis qu'il est devenu grand aux siens propres. Il ne pense qu'à excuser son péché, tant que Samuel ne pense qu'à lui représenter sa faute. Mais aussitôt qu'il lui déclare que Dieu l'a rejeté du trône, et qu'il n'est plus roi, il commence à dire qu'il a péché, et il prie Samuel de se charger de cette faute. La perte d'un honneur temporel lui est plus sensible que la perte de son âme, et c'est le seul rabaissement qu'il craint devant les hommes qui le porte à se rabaisser devant le prophète. Aussi il a soin d'ajouter à l'avou qu'il lui a fait de son péché, une prière par laquelle il le prie de l'honorer devant le peuple. Les saints Pères ont détesté cette confession pompeuse et intéressée, qui se sert de paroles humbles comme d'un voile propre à couvrir l'orgueil. (Sacy.)

« valent, videri parvi aut peccatores videntur; cum coguntur, humilitatis virtutem simulat. Sed cum compulsi confitentur, peccatum quod accusant, loquendo minunt. » An verò populi metu optimum quodque ex Amalecitarum prædâ reservârît, ipse viderit Saül; certè non adeò timuisse populum visus est, cum in ipso statim regni principio occisis bobus elixit toti populo, ut armatus advolaret ad regis imperium, nisi mallet hominum suorum talem spectare eadem, qualem ipse in suis edidisset. Et cum edicto cavît imperatorio, ne quis nisi deletis hostibus panem comederet, non quis nisi deletis hostibus panem comederet. Sanè quòd regi Agag pepercerit, nullam habet honestam exensationem. Neque enim laborabat populus pro regis salute, ex quâ ad illum nulla sperabatur commoditas. Quare hic multa apparent, quæ regis penitentiam falsam esse vacuumque convincunt. Vide Abulensem q. 28, 29, 50.

VERS. 25. — SED NUNC PORTA, QUESO, PECCATUM MEUM (1), ET REVERTERE MECUM, UT ADOREM DOMINUM. Si porto in propriâ significatione su-

(1) *J'ai péché*, dit Saül, mais portez, je vous prie, mon péché. Ce prince s'est justifié tant qu'il a pu, bien loin de reconnaître la grandeur du crime qu'il avait commis. Mais enfin voyant la fermeté de Samuel, qui lui déclare que Dieu lui va ôter son royaume à cause de sa désobéissance, il confesse qu'il a péché; mais il ajoute: *Portez, je vous prie, mon péché*. C'est là l'image, dit saint Grégoire, d'un grand nombre de personnes dont la vie est criminelle devant Dieu, et dont la conversion n'est qu'apparente. Ils sont forts pour oser commettre les plus grands crimes, et ils sont lâches pour les pleurer. Ils ne craignent pas de percer leurs âmes par des plaies mortelles; et après cela ils ne peuvent se résoudre à souffrir des remèdes proportionnés à la profondeur de leurs blessures, et à chercher leur guérison dans la douleur salutaire de la pénitence. Ils ne pensent qu'à se décharger par la confession du souvenir de leur péché, et pour en charger la conscience des autres. Mais Samuel ne se rend point à cette humilité apparente de Saül. Et sa fermeté, dit saint Grégoire, est d'une grande instruction pour les ministres de l'Église, dont la conduite est souvent hardie, lorsque leur vie est très-molle et très-relâchée. Ils sont si faibles qu'ils ne peuvent presque se porter eux-mêmes; et ils sont en même temps si téméraires qu'ils osent se charger du poids des péchés des autres. Qu'ils imitent donc la conduite de Samuel qui ne veut point prendre sur lui la faute de Saül, voyant que lui-même n'en était point véritablement touché, et qu'ils ne prétendent pas être plus forts ni plus charitables que ce saint prophète.

On peut ajouter à ce que nous venons de dire, que le péché que commit Saül dans cette action, renferme, selon les saints, un sens spi-

mas, petit Saül id quod sæpè accidit illis qui aliorum peccata aut excusant objecta honestatis specie, quoque dicunt imperio, sacerdotio, aut aliquo magistratu ac præfecturâ dignos. Ex quo grave sequitur républicæ alque communi detrimentum. Illi ergo quibus publica committitur cura, dum vitia quæ indignos alios magistratu reddunt, occultant, illorum portant peccata, quæ eorum summorum gubernatori ac Domino rationem reddent et penas exolvunt. Peccata etiam portant sacerdotes qui alienis convivent peccatis, quæ severâ correctione exurere debissent. Quod plerumque contingit in principibus, quorum animos exulcerare aut contristare timidi confessarii non audent, à quibus magna sacerdotibus impendunt incommoda, de quibus hic Grégoirus: « Ecco et fortis propheta refugii suscipere omnes regalis peccati, ut sacerdos Ecclesiæ timeat, et peccatorum importabilium pondera subire per timescat. » Sanè horrendum est regum ac principum peccata portare; quare videant quid faciant, qui illis à confessionibus esse aut student aut coguntur.

Sed communitur alii eo dicendi genere significari putant, optare regem, ut illa sibi culpa remitteretur à Deo, quod per Samuel, quem

rituel, qui est très-utile pour la conduite des âmes. Dieu commande aux pasteurs d'exterminer les Amalécites qui sont les ennemis du peuple de Dieu, c'est-à-dire de détruire tous les péchés par les remèdes d'une pénitence effective et véritable, comme étant les ennemis irréconciliables de Dieu, qui combattent sa sainteté et qui tuent les âmes. Mais il arrive souvent que, se conduisant par l'esprit humain qui est un esprit de mollesse et de complaisance, au lieu de se conduire par celui de Dieu, ils s'entendent avec le peuple contre l'ordre expressé de Dieu, comme Saül fit dans ce combat. Ainsi ils ne détruisent de ces ennemis invisibles et intérieurs que ce qui est le plus grossier et le plus sensible; *quidquid vile fuit ac reprobum*; mais ils épargnent le vice dominant dans l'âme, un orgueil on un intérêt secret qui est comme le roi de ce peuple de péché qui se nourrit de la substance de l'âme, et qui s'engraisse non seulement des vices, mais des vertus mêmes, parce que cette complaisance extérieure rend les âmes qui paraissent chastes aux hommes, impures et criminelles aux yeux de Dieu.

C'est là la cause la plus commune de la perte d'une infinité d'âmes. Leurs médecins les trompent, et elles conspirent avec eux pour être trompées. On retranche au-dedans tout ce qui pourrait blesser les sens et l'honnêteté; et on entretient au-dedans une passion dominante qui empoisonne le cœur, et dont le venin est d'autant plus insupportable qu'il donne la mort au milieu des signes et des apparences de la vie. (Sacy.)

sacerdotem noverat et prophetam, quemque gratum esse Deo non obscure didicerat, impetrare studebat. *Portare enim idem est aliquando, quod tollere, id est, auferre.* Sic multi accipiunt illud Matth. 8, v. 17: *Ipsæ infirmitates nostras accepit, et agrotationes portavit.* Aut petit, ut ipse ignoscet Samuel, et decretum illud à Domino supplicium suspendat, neque evulget ad populum, ne quid de ipso durius cogitet, et quasi reprobatus et indignum abiciat. Et hoc fortassè est, quod statim additur: *Sed nunc honora me coram populo, quasi dicat: Ne inhonores me.* Hoc planè sentit Gregorius. « Corrigibilia, inquit, peccata portantur, quia postquam à delinquentis voluntate discedunt, purgari satisfactione salubriter possunt. Non autem portantur peccata eorum in quorum mentibus per impenitentiam nem inviserata sunt. Unde et Joannes ait: *Est peccatum ad mortem, ne pro illo oret quis.* Peccatum quidem ad mortem est, quod ab eo committitur, qui respicere nunquam potest. » Quod « nimirum peccatum à prepositis non portatur, quia sacerdotum orationibus aut obligationibus non deletur. »

REVERTERE MECLM, UT ADOREM DOMINUM. Progressus, ut apparet, obviam fuerat Samueli Saül, ut illum venientem lætus lubensque exciperet. Quare omisit sacrificium, et aliquantulum aberat ab altari cui operam dabat sacrificalem. Neque est improbabile, denuntiati Saüli reprobatione regni que jacturâ, aut discessisse Samuelem, aut prebuisse discendentis speciem. Quod probat pallium discissum à Saüle, dum illum abeuntem aut abire parantem retinere voluit. Dum ergo petit Saül ut secum Samuel ad adorandum Deum revertatur, id agit, ut secum redeat ad instaurandum aut continuandum victimarum officium. Quò suâ presentia ostenderet Prophetam gratum esse Deo minus illud ex spoliis Amalec, et in eo in quo secretò accusatus erat, nullum intercessisse peccatum, quo bonum apud populum obtineret nomen, et plenè videretur impleisse quod à Domino mandatum acceperat de spoliis et rebus Amalec. Adorare autem Dominum idem esse puto, quod supplicem orare, quod peracto sacrificio fieri solitum multa probant, quæ post oblatum sacrificium adhibitas esse preces aut docent, aut indicant. Vide Levit. cap. 3, v. 6 et 18, cap. 12, v. 7, cap. 14, v. 55, cap. 16 et

54, ubi post oblationem additur sacerdotis oratio. Hæc mihi facilis videtur explicatio; neque ut suo loco accuratius expendimus, quidquam officit, quod deinde subditur v. 51.

VERB. 26. — NON REVERTAR TECUM, QUIA PROJECISTI SERMONEM DOMINI, ET PROIECIT TE DOMINUS, NE SIS REX. Facile cuivis conjectare, quò spectaret acutum hoc callidumque consilium, neque ut eo modo conservaret Saül regiam potestatem et nomen, cum ad suum de re Amaleciticâ judicium accessisse videretur Samuelis auctoritas, quem haberet socium in eo facto quod multi fortassè è popularibus improbarent. Quod cum acutè Samuel prævidisset, negavit se cum Saüle ad intermissa sacra, vel ad illius cogitata reversurum. Cujus rei illam reddit rationem, quia jam Saül à Deo reprobatus fuerat, et abjectus à regno; quare non putabat è re futurum esse publicâ, si operam aliquam illi daret, quo regnum obtineret, ex quo Deo giudice, reprobatus exciderat. Atque ideò eam adducit rationem, ne molestus sit rogando precibus odiosis et injustis, quia jam esset è regno à Domino depulsus. Et cum dicto, converso ad regem dorso, recedebat.

VERB. 27. — ILLE AUTEM APPREHENDIT SIMULI-TATEM PALLII EIUS, QUE ET SCISSA EST. Videbat Saül valde obscuratum iri suam apud populum æstimationem, si offensus Samuel et indignatus ab ipso discederet: quare pallium abeuntem arripuit ita violenter, ut magnum ex eo frustum abstulerit. Historicus sensus obscurus non est; moralis varius. Unum accipe, sanctorum intercessionem parùm illis prodesse quos neque peccati penitet, neque aliquod faciunt penitentia: aut pietatis opus, quo apud Deum aliquid ineant gratia: aut divinum à se futuram avertant; sed id totum sanctorum intercessionem permittunt, quasi otiosis in sinum, et dormientibus omnia cælitis bona ventura forent. Otiosus planè erat Saül in spirituali negotio, neque tam ille dolebat quod divinum contempnisset mandatum, quam quòd Israëliticum amissurus esset imperium. Salutem et honorem regium sperabat à Samuele, sed frustra; apprehendit laciniam, quasi in illâ habiturus esset in eâ rerum adversitate perfergius, sed discidit vestem, et spem suam in ipso articulo cadentis imperii sensit esse delusam. Longè aliter accidit his qui supra, cap. 7, oraverant à Samuele, ut suas ad Deum preces pro ipsis offerret, quæ usque ad eò potentes fuerunt apud Dominum, ut illustrem victoriam obtinerent

ab hoste potentissimo, Deo pro ipsis de cælo dimicante. Sed jam ante filii Israel penitentiam egerant, Baalim abstulerant et Astaroth, et uni Deo se totos gubernandos et formandos addixerant. Quod si fecisset Saül, fortassè neque discidisset Samuelis laciniam, id est, non præcidisset sibi illius subsidium, neque illum habuisset ad sua postulata difficilè.

VERB. 28. — SCIDIT DEUS REGNUM ISRAEL A TE MOBI. Ex aliquo eventu, aut verbo, quod videri posset factum dictumve fortuito, occasionem interdum arripiunt propheta, ut aliquid in posterum futurum prædicant. Sic ex voce prini et schini, sub quarum umbrâ luxuriosi senes Susannam cum juvene concubuisse se vidisse testati sunt, conject Daniel dissecandos esse medios, et testimonii falsi daturus esse poenas, Dan. cap. 13; sic Paulus Actor. cap. 25, percutiendum esse pontificem, ex eo quòd Pauli maxillæ colaphum jussisset impingi. Sic modo Samuel ex lacinia discissâ, discendum affirmat regnum à Saüle, et ad alium transferendum, sicut discissum à veste frustum fuit à Samuele, et in alterius hæsit manu, qui illius tunc videri recens dominus poterat. Illud hic observandum, dici à Propheta hodiè scissum esse regnum à Saule, cum tamen aliquot post dies cum potestate fuerit, juxta Scripturæ usum, quæ aliquid factum esse dicit, cum decretum est ut fiat. Quomodo ex sententiâ Augustini, Christus horâ tertiâ crucifixus est, quia illâ horâ damnatus est cruce; et qui viam aperuit expeditam ad regnum, quod nondum tamen obtinuerat, eo tamen die regem se putat, et dicit esse factum. Quia ergo eo die quo Saül indictum sibi præceptum transgressus est, decretum est ut à regni excideret potestate et loco, eo die dicitur ab illo discissum esse regnum.

Hic lubet adjicere, quod ex Hebræorum sententiâ tradit Lyra, qui putat his verbis datum esse Saüli à Samuele signum, ut cognosceret quisnam esset ille ad quem esset Israelis regnum transferendum, illum videlicet, qui aliquando è regni chlamyde partem abscidisset, sicut ipse è Samuelis pallio partem absciderat. Quare cum infra, cap. 24, David oram præcidisset è regis paludamento in spelunca, ad quam ventris levandi gratiâ à turbâ secesserat, idque ipsius Davidis voce cognovisset, memor hujus Samuelis prophetici verbi respondit: *Nunc scio quòd certissimè regnaturus sis, et habiturus in manu tuâ regnum Israel.* Minus abs re hoc loco, quàm alius sæpè locis, conjectant Hebræi, conjectant tamen.

VERB. 29. — PORRO TRIUMPHATOR IN ISRAEL NON PARGET (1), ET PENITENTINE NON FLECTETUR. Certissimum dicit fore, ut regnum Israelis transferatur ad alterum, licet quis alter ille futurus sit, ut ex sequenti capite manifestè liquet, adhuc ignoret. *Triumphator in Israel dicitur Deus, quia arbitrato suo in omnem partem agit et versat Israel.* Interdum enim auget spoliis atque provinciis, ornat vicioris ac triumphis; neque enim tam suâ quàm divinâ manu obtinuit Israel contra Chananeos regnum uberem et amplam, in quâ tunc latè dominabatur, aut victorias alias, quas antea sæpè, et nunc proximè contra Ammonitas, Philisthæos et Amalecitas consecutus est. Et idem Dominus et triumphator de inimicis Israelæm alienæ dominationi subiecit, quoties ille à datâ sibi lege et patriâ religione deficiens, aliena atque impia sacra et cultum idolorum nefas-

(1) Hebræus: *Victor in Israele non mentietur* (vel mendacem sese non exhibebit, datæ fidei stabit, non recedet à sententiâ) et *non penitet*; quia non homo ipse ad penitentiam. Longè aliter Septuaginta: *Dividetur Israel in duo; et sanctus Israel non est sicut homo, et non penitet eum; quoniam non est sicut homo, et non penitet.* Postrema hæc sententiâ in reprobationem Saüli lata, irrevocabilis fuit, et effectu non caruit. Samuelis lacrymas veniam et reconciliationem Domini cum principe reprobato impetrare non valuerunt. (Calmet.)

Chald.: *Decretum est super te à Domino victoriarum Israel, q. d.:* Lata est absoluta et irrevocabilis Dei sententiâ super te, ut priveris regno. (Corn. à Lap.)

Celui qui triomphera dans Israël ne pardonnera point. Il semble que le prophète par ces mots reproche secrètement à Saül ce qui à été son plus grand crime, et ce qui a comblé à son égard la mesure de la justice de Dieu. Car nous avons vu auparavant qu'après la défaite des Amalécites, au lieu de reconnaître qu'il avait violé le commandement de Dieu dans la manière dont il avait usé de cette victoire, il s'était fait dresser un arc de triomphe, comme un monument de la gloire qu'il croyait s'être acquise en cette bataille. Lors donc que le prophète lui dit que celui qui triomphe dans Israël ne se laissera point fléchir, c'est comme s'il lui disait: Non seulement vous avez obéi à Dieu, mais vous avez ajouté un orgueil insupportable à un si grand crime. Vous avez ravi à Dieu sa propre gloire; vous avez voulu faire croire que c'était vous qui aviez rendu son peuple victorieux de ses ennemis. C'est pourquoi celui qui triomphe lui seul dans Israël, et à qui cette victoire est due uniquement, ne se fléchira point à votre égard, et ne se repentira point du juste arrê qu'il a prononcé contre vous, parce que Dieu est sans miséricorde et sans pitié à l'égard de ceux qui sont inflexibles dans le mal, qui s'élèvent dans leur chute même, qui ne se convertissent qu'en apparence, et qui ne se repentent point du fond du cœur. (Sacy.)

rium amplexus est, ut probat totus liber Judicum, ubi populus ille propter peccata traditus esse dicitur externæ potestati. Quod quia frequens erat atque vulgare, ipsi quoque aliene religionis assæta cognoverunt. Vide quid Achior homo gentilis in hanc sententiam, dixerit, Judith. cap. 3. Est igitur Deus triumphator in Israel, quia Israelitas triumphare facit, dum pro illis pugnat, cuique adscribi debent omnia quæ populo illi contigere feliciter, et de Israele peccatore triumphat, cum deprimat ac frangit, et alienæ potestati submittit. Hoc verò nomine usus videtur Samuel ad Saullem, ut illius deprimat insolentes spiritus, quos proximæ victoriæ attulisse videbantur, et ut Dei metuat potentiam, qui regna suo arbitrato commutat et transfert, quique quod nunc de transferendo regno comminatus est, nullâ difficultate temporis momento perficit.

ET PŒNITENTINE NON FLECTITUR. Quæ sit in Deo pœnitentia, diximus paulo ante ad illud: *Pœnitent me, quod constituerim Saul regem.* Quod nihil est aliud quam statuisse Deum mutare factum, et regnum eripere Sauli, quod ante concesserat. Nunc Propheta affirmat, Deum non esse flectendum pœnitentia, id est, non esse mutaturum sententiam, aut iudicium quod de Saulle deponendo et exactorando pronuntiât. Ex hoc loco Tertullianus l. 2 contra Marcionem c. 21, docet, qualis dicatur in Deo pœnitentia, seu pœnitudo: « Quæ sanè non nascitur, sicut in homine, ex recordatione delicti, aut ex alicujus operis ingratiâ (verba sunt Tertulliani). In quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum damnat, in tantum nec pœnitentiæ boni aut mali apud eum locus est. Nam et hoc tibi eadem Scriptura determinat, dicente Samuele Sauli: *Discidit Deus regnum Israelis de manu tuâ hodiè, et dabit illi proximo tuo optimo super te.* Et scindetur Israel in duas partes, et non convertetur, neque pœnitentiam agat, quia non sicut homo est ad pœnitendum. Hæc itaque definitio in omnibus aliâ formam divinæ pœnitentiæ statuit, quæ neque ex improvidentiâ, neque ex levitate, neque ex ullâ boni aut mali operis damnatione reputatur, sicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ divinæ? Jam relictæ, si non ad humanas conditiones eam referas. Nihil enim aliud intelligitur, quam simplex conversio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione ejus possit admitti etiam in homine, nedum in Deo, cujus omnis sententiâ caret culpa.

Nam et in græco sono pœnitentiæ nomine non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. Hæc Tertullianus. Græcum porrò nomen, quod pœnitentiam significat, *παρωξία* est, quod à *παρωξία* derivatur, quod non delicti confessionem aut damnationem importat, sed *mutationem animi*, licet nulla intervenierit imprudentia aut culpa, quia sic nimirum exigit, aut mutata regum conditio, aut nova causâ, aut amicorum voluntas.

NEQUE ENIM HOMO EST, UT AGAT PŒNITENTIAM, id est, ut mutet decretum quod ante definitû placuerat, quale fuerat de Saulis regno aliò transferendo.

VERS. 50. — PECCAVI, SED NUNC HONORA ME CORAM SENIORIBUS POPULI MEI, ET CORAM ISRAEL (1).

(1) Id est, coram reliquo Israelis populo, ne ille me à te spreto spernat et regno spoliet. Vides hic pœnitentiam Saulis fuisse humanam, et metu regni perendi extortam. Unde S. Bern. in Declamat. versus finem: « Ad quid, ait, tibi hæc honoratio, miser! Hæcine tota erat illa supplicatio: *Peccavi, ora Domine pro me?* Merito sanè non pepercit, qui intuebatur cor, falsâ non poterat supplicatione moveri. Vix adhuc dixerat *Peccavi*; *Peccavi*, et responsum illi est: *Domine transiit peccatum tuum à te.* Sic nimirum, sic usque hodie dilectissimi, cujus ad alias consolationes mens inhiat, et penitus in caducis et et transitoris non renuit consolari, ipsa sibi profectò coelestis subtrahit gratiam consolationis. Quam si dignâ devotione, pleno affectu, desiderio vehementer petere, quærere, pulsare satageret, sine dubio petens acciperet, quærrens inveniret, pulsantî aperiretur. Audi S. Greg. hic l. 6, c. 2: « *Liquet quam pœnitentiam gerat, qui adhuc honorari desiderat. Nam si sui peccati hunc veraciter pœnitenter, inhonorari potius, quam honorari concupisceret,* » etc. Angelonus quoque: « In eo quod ait: *Honora me coram senioribus populi mei,* verecundiam passus, et se superbâ detentus loentis est: quia timebat honores amittere, et ideò non obtinuit quod petiit, dicens: *Peccavi.* Quisquis enim sub specie confessionis humanos adhuc honores amittere timet, iste indulgentiam, et quam facta humilitas postulat, à Deo adipisci non valet. » etc.

(Corn. à Lap.) « *J'ai péché, mais honorez-moi devant les anciens de mon peuple.* Il est aisé de voir quel est le repentir de ce prince. Il confesse son péché; et en même temps, au lieu de s'humilier et de se confondre, il ne pense qu'à retenir le rang de sa dignité, et qu'à se faire honorer des hommes, après qu'il s'est lui-même perdu devant Dieu. » Combien y en a-t-il aujourd'hui, dit S. Grégoire, qui se trouvent dans ce même état, et dont Saul était la figure? Ils sont rois de la royale prétrise de Jésus-Christ, et lorsqu'ils se sont déshonorés eux-mêmes par des crimes honteux, et que l'ordre de Dieu et de l'Eglise les éloignerait de

Descedere voluit Samuel, ut vidimus, à Saulle, quem, quia ad suam astimationem referre existimabat, retinere secum voluit, ne populus ex ejus discessu conjectaret, Dei ipsum Samuelique iudicio fuisse reprobatum. Quare hoc à Samuele saltem obtinere studeat, ut secum revertatur, dignitatis, ut opinor, gratiâ, ne si statim abiret, cum nondum advenisse videretur, rejectus cum fastidio atque odio putaretur à populo, quod illi non poterat non esse odiosum et turpe. Neque alium, credo, honorem exagebat à Samuele, neque aliud sperare fas esset à Propheta sanctissimo, qui nullo probaret aut laudaret modo quem divino iudicio improbatum sciebat, et quem Dei nomine severâ reprehensione percussisset. Idcirco hoc orat, ut secum revertatur, quia necesse erat ut sacrificium quod jamjam inchoaverat, absolveret; ut ipse, quod erat in eo opere extremum, ad Dominum oraret, non ut socium haberet in orando, cum oratio foret ingrata Deo, quæ pars esset iniqui atque damnati sacrificii.

VERS. 51. — REVERSUS ERGO SAMUEL SECUTUS EST SAULEM (1), ET ADORAVIT SAUL DOMINUM. REVERSUS FUIT SAMUEL, QUOD ANTE NEGAVERAT,

son sanctuaire qui ne souffre rien que de très-pur, ils ne peuvent se résoudre à s'humilier dans leur chute, et ils ne donnent aucune marque que ce soit Dieu qui les ait touchés. Car quand la pœnitence vient de Dieu, elle n'a rien de feint ni de déguisé, et quand elle est sincère, elle est toujours humble. C'est pourquoi saint Augustin parlant des plus grands crimes, dit que *ces plaies mortelles se guérissent par l'humilité de la plus grande pœnitence.* Majoris pœnitentiæ humilitate sanantur. Il considère l'humilité comme l'âme de la pœnitence, et il suppose qu'elle doit être d'autant plus grande que les blessures du pécheur ont beson pour guérir d'une pœnitence plus austère. (Sacy.)

(1) Cessit Samuel Saulis petitioni, ne eum in desperationem vel furorem adiret; at ut ejus honorem coram populo tueretur, ne is eum sperneret et regno pelleret, hoc modicum consolationis Sauli indulsit, ut regni privationem lenius ferret, et ne ad peiora delaberetur. Nam, ut ait S. Greg.: « Fortassè si abjectus rex secum ad adorandum Dominum, reverentem prophetam non carneret, dæmonium simulacra adoraret. Et projicit ergo eum, et eum eo revertitur, quia in peccatis et hujus seculi sic est damnanda iniquitas, ut bonum quod habent, exasperati non percendant. » Unde colligit: « Benè ergo Samuel cum abjecto rege revertitur, quia electi prædicatores, seculi potentes, et pro iniquitate percutiunt, et pro exemplo bona agere quædam sinunt. » Addunt Hebræi apud S. Hieron. Samuelem primum locum Sauli, quasi regi honori causâ dedisse; sed Josephus ait

non ut adoraret, id est, simul sacrificaret eum Saulle, nam et Saul adorasse dicitur, videlicet solus, neque enim quidquam audimus de Samuelis adoratione, sed alias ob causas: tum ne omnino videretur dignitatem regiam contempsisse et confudisse duris, atque afflixisse Saulis animum, de cujus casu ac depositione dolebat; tum ut quæ Saul divini mandati immemor omiserat, ipse perageret.

VERS. 52. — DIXITQUE SAMUEL: ADDUCITE AD ME AGAG. Hoc erat negotium quod cum Saulle Samuelem revocavit ad castra cæstumque filiorum Israel, ut pœnis ab Amalecitarum rege jam olim debitas exigeret. Quare cum primum ad illum locum pervenit, ubi castrensis illa multitudo conederat, offerri quis regem illum, non ignarum, ut appareret, quisnam illum exitus expectaret.

ET OBLATUS EST EI AGAG PINGUISSIMUS, ET TREMENS (1). Hebraicè, *maadanoth*, quæ vox variè ab interpretibus assumitur. Radix, unde nomen deducitur, *delicias* indicat. Quare Chaldaeus *delicatus* et *mollem* exponit. Septuaginta *trementem*, ideò fortassè, quia qui pinguisimi sunt et nimibî delicati ac molles, non firmo incedunt et recto gradu, sed molli ac vacillanti, ut videmus in feminis, quæ teneritudinem in ejusmodi incessu arte moluntur. Ut de Esther cap. 15, dicitur: *Assumpsit duas famulas, et super unam quidem innitebatur, quasi præ delicatis et nimîâ teneritudine corpus suum ferre non sustinens.* Hunc puto tremorem esse regis, qui ex delicatis atque molliè nascitur, non ex horrore mortis, ut vox ipsa indicat hebraica; et ita omnes penè à Vulgato convertunt, ut nulla expositio juxta hebraicæ vocis vim videatur adhiberi posse commodior. Pagninus: *Ibat ad eum Agag cum deliciis.* Tigurina: *Delicatus.* Cajetanus ex suo Hebræo: *Agag delicarum.* Quod item sensit antiquissima quædam hispanica translatio: *Agag el de las delectaciones.* Noster interpretatur utrumque conjunctum, dum illum *pinguissimum* et *trementem* appellat, quia qui delicatis atque otio diffinit, pingues sunt, quam corporis dissolutam molem tremor in incedendo sequitur, et tarditas mollior. Alii vocem illam, *catenas* significare putant. Ita Rabb. David et Cajetanus, et ita dicunt vincum adductum esse regem illum ad Samuelem. Alii in voce *טענות* *gandum* agnoscunt et *voluptatem*, quam præ se ferebat rex in eo tantum Sauli detulisse honorem, quod eum non deseruerit. (Corn. à Lap.)

(1) Trementem non legimus in textu.

ille superbus, atque ideò, ne regios animos abiecit videretur, regium moliebatur incessum, tardum videlicet et gravem. Quasi neque mortem timeret, et omni fore fortunâ superior. Ille multa sunt quæ fidem habent difficilem. Minus mihi displicet explicatio prior.

SIGGINE SEPARAT AMARA MORS (1)? Verba sunt

(1) Hebræus: *Verè recessit amaritudo mortis; quasi Agag ineptè jactandus testatur, mortem sibi esse nec terribilem nec amaram; seu potius, blandiens sibi, fore ut à Samuele sibi vita permitteretur, ulterius non timere se mortem dixit. Sunt qui reddant: Amaritudo mortis tota in caput meum effusa est. Septuaginta: Si sic amara mors. Chaldaeus: Obsecro, domine, quæ est amaritudo mortis?*

(Calmet.)

Tropol. S. Greg.: « Recens conversi, ait, cum à solitis suis voluptatibus separantur, et dolorem instar mortis sentiunt, unde hæc tentatione pulsantur: Sicine me separât à meis deliciis amara mors penitentia et sanctorum vita? Quia in eis, inquit, carnalitates sine c magna tribulatione minime necantur. Quia enim visis austeritatibus, quibus subdenda est, dicit menti sensualitas sua: Læta pro cum tam tristibus spernis? » (Corn. à Lap.)

Alors Samuël dit: *Amenes-moi Agag roi d'Amalec. Nous avons déjà fait voir que tous les Amalécites avec leurs rois étaient une race d'hommes barbares et criminels, qui avaient mérité très-justement que Dieu exercât sur eux sa vengeance, en la manière dont il a été parlé auparavant. Ainsi Samuël en faisant mourir ce prince n'est que le ministre de la justice de Dieu, et il fait par son ordre ce que la désobéissance de Saül avait refusé de faire. Mais comme le Saint-Esprit nous a appris par la bouche de saint Paul que ce qui se passait alors dans le peuple Juif, et principalement ce que faisaient par l'ordre de Dieu les plus grands prophètes, comme était Samuël, a été écrit pour notre instruction particulière; nous pouvons découvrir une grande vérité qui est cachée sous le voile de cette histoire. Les Amalécites, qui étaient les ennemis de Dieu, sont l'image des péchés. Leur roi est la figure du péché qui règne dans l'âme, et qui tant qu'il subsiste se tient assujéti. Samuël donc nous apprend par la sévérité qu'il exerce envers ce roi barbare, que nous devons étouffer sans miséricorde la passion dominante dans nous par laquelle le démon s'acquiert et se consacre l'empire de notre cœur. Plus nous serons durs envers cet ennemi intérieur qui nous attire la haine de Dieu, plus nous serons tendres et charitables envers nous-mêmes, et il n'y a point de plus véritable cruauté que de vouloir user de douceur en cette rencontre.*

La grande différence qui se trouve entre la figure et la vérité, c'est que cet Agag que nous devons sacrifier à Dieu, n'est pas hors de nous comme était ce prince à l'égard de Samuël, mais qu'il est en nous, et qu'il fait une partie de nous-mêmes. C'est pourquoi cette séparation d'avec ce qui est doux à notre inclination corrompue, et cette mort intérieure et spirituelle, nous paraît pénible, et souvent le vici

Agag, qui jam certò noverat sibi esse quam primum moriendum. Dicit autem amaram esse sibi, præsertim à quo separanda erat fortuna regia, patriæ deliciae, quibus ad satietatem abundabat, et quam mollissimè atque suavissimè fruebatur. His autem, qui pacem habent super terram, id est, quibus omnia contingunt ex voto, amarus est mortis jamjam adveniens aspectus, imò et solùm utinamque oblata memoria. De quâ est illud Eccl. 41, v. 1: *O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, et cujus via directæ sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum.* Hæc habebat omnia Agag, cum illi extrema advenit moriendi necessitas. Quare mortem appellat amaram, quæ à tot separatis commoditatibus, tot aufert honoris ornamenta et vite delicias. At miseri, qui vitam agunt ægram et miseram, quibus emergere ex quotidianis ærumnis in votis est, illi non gravatè ferunt, neque ab hæc luce, hominumque consortio, neque à tam incommodâ vitâ separari, quæ miseris non tam videtur vitâ quam prolixæ mortis dura conditio. Sanè ille existimatur felix, qui tunc è vitâ cecidit, cum excidit è fortunâ meliori. Sic Seneca in Hercule Æthiæo:

Par ille est superis, cui pariter dies

Et fortuna fuit. Mortis habet vices,

Cum lentis trahitur vita gemibus.

Ex hoc hominum communi ac naturali sensu dixit apud Virgilium Æneas l. 4 Æneid., cum mors observaretur ante oculos:

O terque quaterque beati,

Quæis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit appetere!

Et Andromache apud eundem libro 5 Æneidos, cum spiritum tristem traheret, felices appellat illas quæ occupatæ morte servilem statum effugerunt.

homme s'écrie dans nous comme cet Agag: *Faut-il qu'une mort amère me sépare ainsi de tout ce que j'aime? Sicine me séparât amara mors? J'avais bien de la peine, dit saint Augustin en décrivant sa conversion, à me résoudre de mourir à la mort pour vivre à la véritable vie. Mais lorsque Dieu nous touche par l'impression de cette grâce, qui peut tout dans notre cœur lorsqu'elle l'a persuadé de son impuissance, nous détruisons dans nous ce corps de péché, non d'un seul effort, mais peu à peu et à diverses reprises. Comme ce prince qui en était la figure fut coupé en morceaux par Samuël. Et tout cela se fait devant le Seigneur, afin qu'il reçoive le sacrifice de nous-mêmes que nous lui offrons, et que mourant à tout ce qui peut lui déplaire en nous, nous ne vivions plus que pour lui seul.* (Sacy.)

O felix una ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis Jussa mori!

Neque in Scripturâ sacrâ testimonia desunt, aut exempla. Levius existimavit Saül mori, quam apud Philistæos vitam agere captivam et ignobilem, aut ferre quam paratam esse videbat ignominiam; atque ideò ne quis jactare se posset insolenter quòd Saül occidisset, ipse sibi diro vesanoque consilio vitam eripuit. Neque aliam ob causam Achitophel laqueo sibi spiritum præcluserat, nisi quia despecta sententiæ ignominiam sustinere non potuit. Testimonium illud accommodatum est valde, quod citatis ex Ecclesiastico verbis proximè subjicitur. Nam cum dixisset, amaram esse mortis memoriam illi qui pacem habet in terrenâ substantiâ, statim addidit, illi optabilem esse mortem, cui res sunt angustæ, et spiritus æger. *O mors, bonum est judicium tantum homini indigenti, et qui minoratur viribus.* Et clarior Eccl. c. 50, v. 17: *Melior est mors, quam vitâ amara, et requies æterna, quam languore persequeris.* Ita existimabat Job. cap. 5, v. 20, qui tam putabat esse dulce tristibus mortem et sepulcrum invenire, quàm avaris, qui thesaurorum inveniunt. *Quare, inquit, misero data est hæc lux, et vitâ his qui in amaritudine anime sunt? Qui expectant mortem, et non venit, quasi effodientes thesaurum. Gaudentque vehementer, cum invenerint sepulcrum.*

Erât igitur Agag amara mors, quia benè illi cum opibus atque deliciis, et cum pingui atque nitente corpore conveniebat, à quo discedere erat prorsus horribile. At non erat mors amara Job, quem tædebat vitâ, cuique nihil jam erat reliquum in mundo, quod voluptarios caperet sensus, aut spiritum ægram recrearet. Neque Paulo, qui humana omnia reputabat ut stercore, cui lacrum erat mori, qui verè dicebat et prorsus ex animo: *Cupio dissolvi.* Et: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?*

VERS. 55. — SICUT FECIT ABSQUE LIBERIS MULIERES GLADIUS TUUS. Non sine magno suo merito diram illam mortem subiit Agag, cum ipse aut gladio suo occidisset plurimos, aut suorum gladio jussisset occidi. Proverbialem arbitror esse figuram, cum significare volumus viros interisse, viduarum uxorum, aut orbarum matrum meminisse, quia filiorum, aut conjugum, seu maritorum nomine, omnes quos virilis distinguat sexus, continentur. Psal. 108, v. 9, dum peccatori interitus denuntiatur, di-

citur: *Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua.* Jerem. cap. 45, v. 8: *Multiplicatae sunt mihi viduae ejus super arenam maris.* Et Ezech. c. 49, v. 7: *Didicisti viduas facere.* Et iterum cap. 22, v. 25: *Viduas ejus multiplicaverunt in medio illius.* De matribus orbatissimis, quarum orbata filiorum ostendit cadem, est illud Thren. 5, v. 5: *Matres nostras quasi viduas, quia matres orbata filiorum subsidio, quasi viduae censetur.* Quare nullam aliam esse arbitror hujus loci sententiæ, quàm Agag sive gladio, sive imperio homines plurimos esse sublatis. Multa hic querit Abulensis, à quibus ego sine illâ meci instituti incurri abstinere posse video.

ET IN FRUSTA CONDIDIT EUM SAMUEL CORAM DOMINO IN GALGALIS (1). Josephus occisum esse dicit Agag non gladio, sed imperio. Quod sanè durissimè admittit textus. Neque à Samuele ingenio aut pietate abhorret, suâ manu illum interimere, et in partes concidere minutas, quem divino judicio sciebat esse morti devotum et nôrat sanctificatas esse illorum sacerdotum manus, qui in contribulium suorum viscera gladium adegerunt, quos Deus cædis reos ostenderat, et morti destinârat. *Ponat* (inquit Dominus per Moysen) *vir gladium super femur suum, etc., et occidat unusquisque fratrem, et amicum, et proximum suum. Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illâ quasi triginta tria millia hominum.* Et ait Moyses: *Consecrâstis manus vestras hodiè Domino.* Idem feci Phinees Num. 25, v. 7, et Elias 5 Reg. 18, neque tamen aliquid fecisse existimatur indignum sacerdotali aut prophetalium nomine.

Ex ipso dicendi modo ac loco, ubi occisus esse dicitur Agag, aliquam speciem invenio immolate victimæ. Nam primum rex in frusta dicitur esse concisus, quod victimarum est. Deinde coram Domino, quod nisi in re sacrificii fieri non solet. Voluit igitur, nisi ego fallor, occiso ante aras rege, ostendere Prophetâ hæc immolationis specie, quod ante dixerat, non jam obscuris, sed disertis omnino verbis, meliorem esse obedientiam quam victimam. Cum enim ardet ac vituli, optima essent ac legitima victimæ, homines verò immolari sibi, non modò non postulet Deus, sed etiam damnet eos qui humanas victimas immolant Mo-

(1) Mortem Agag apertissimo oraculo ante quadringentos annos prædixerat ariolus Balaam his ad regem Moab verbis: *Tolletur propter Agag rex ejus, et auferetur regnum illius.* (Calmet.)

loch, quia tamen quæ aliàs legitima forent et acceptæ victimæ, contra quàm à Domino præceptum esset, offeruntur, libentis Deus humanam admittit victimam, quam offert obedientia, quam legitima alias, in quarum immolatione propria tantum invenitur voluntas et divinæ contemplus. Sed hæc, ut dixi, victima propriè non fuit; neque enim Propheta quidquam audivit quod Deus ne fieret, ante veterat, sed ut occiso coram Domino, id est, propè illum locum ubi proximè arietes ac vituli fuerant immolati, rege Agag, quid à Saule et populo factum esset malè, illustri illo documento damnavit. Quomodo etiam immolati dici possunt Domino Israëlita qui occisi fuerant à Levitis qui sacerdotum manus consecraverunt, et qui postea à Phinees, deinde ab Eliâ interfecit sunt, non quia ad aras oblati, sed quia ad divinum honorem et imperium interfecit fuerunt. Quomodo Innocentes ab Ecclesiâ Christi vocantur victimæ, et quidem sæpè inimicorum Dei cædes vocatur victima, ut Idumæorum, Isaie, cap. 54 : *Victima enim Domino de Bosra, et interfectio magna de terrâ Edom. Et Egyptiorum eadem victimam vocat Domini Jeremias cap. 46 : Victima enim Domini Dei exercituum in terrâ aquilonis. Ezech. cap. 21, vers. 9, cum esset sermo de inimicorum strage, dicitur : Gladius, gladius excucatus est et limatus, ut cædat victimas. Idem cap. 56, v. 16. Quare optimè vocari poterit Agag victima Domini, quia illius hostis occisus et quasi immolatus est. Voluisse igitur videtur Samuel odiosæ Deo victimæ ex Amalecitarum gregibus, animam opponere quæ Deo multo gratior accederet, hostis nimirum interfectus coram se. Fieri namque solet, ut eorum quæ nobis odiosa sunt et ingrata, aliquod accedat non injucundum, si modò illorum aut interitum indicent, aut infortunium portentant. Quomodo inimicorum elevata et minaciæ vexilla horrorem incutiunt et consternationem animorum; eadem verò jam strata et rapta militari ritu ad hostium dedecus ac ludibrium, voluptatem afferunt et gloriam. Sicut Goliath gladius, qui dum esset in illius manu, terrori erat et ignominie casibus Israel, et odiosus Deo, idem jam, cum Goliath victus, suspensus est in tabernaculo, et fuit donum Deo non injucundum, et Israelitarum oculis non ingratum. Quæ ex re discat peccator, habere se, quid quotidie possit offerre Deo, quod ille animo accipiet benigno atque hilariter; peccatum nimirum jam penitentis gladio maculatum, aut vitia nostra mortificatione subacta,*

et carnem rebellem antea, cum Christo in eodem ligno crucifixam. Videtur itaque Samuel pro ingratis victimis aliquam voluisse immolare Domino victimam gratam, Amalec videlicet è regno depulsam, subiectum gladio et in frusta divisum; qui naturæ vitiosæ atque corruptæ signum quoddam hieroglyphicum est, quique cum Dei populo ad illud usque tempus à seculo implacabile gesserat bellum. Quare dicere posset quod Virgillanus Messapus lib. Æneid. 12, qui pro victimâ, quam putabat ingratam et impiam, ignobilem quemdam regem immolavit, cujus cædem magis putabat Deo fore gratam, quam agnorum et arietum :

*Messapus regem, regisque insigni gerentem
Tyrrenum Aulestem, avidus confundere fedas,
Adverso proterret equo; rui ille recedens,
Et miser oppositis à tergo involvitur aris
In caput inque humeros; at ferivâs adolat hæstâ
Messapus, teloque orantem multa trabati*

*Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur :
Hoc habet, hoc melior magnis data victima divi.
Antequàm hinc emergam, libuit notare quedam,
incerta quidem, verùm non aliena, quæ
pertinent ad hunc Agag. Et primum, quod ex
illis genere natus esse dicitur Aman, qui pri-
mo fuit apud Assuerum Persarum regem loco,
ut videtur expressum Esther cap. 3, vers. 1 et
10 : Tuli ergo rex (Assuerus) anulum quo ute-
batur, de manu sua, et dedit eum Aman filio
Amadath, de progenie Agag, hosti Judæorum.
Hunc Agag regem Amalec putat esse Josephum
lib. 10 Antiquit. cap. 6, dum Aman Amaleci-
tam esse dicit; idem Rupertus lib. 8 de Victor.
cap. 4; Lyra, Cajetanus, Chaldæus, et omnes
penè Hebræorum doctores. Sed, ut dixi, hoc
valde est incertum, quia nomen Agag multis
potuit esse commune. Neque in textu hebraico
est Agag, sicut hoc loco, sed אגג, id est,
filius Agagi. Quare eâ in re nil potest certò de-
finiri. Neque pauci sunt, qui contra sentiant,
putentque illum Persam esse, vel Macedonem.*

Illud, quod nunc addam, planè fabulosum est et ridiculum, et indignum cui à prudenti fides adhibeatur. Quod sine dubio sumptum est ex illorum cerebro planè, ut modestissimè dicam, somniant, qui ex variis mendaciis atque commentis Thalmudicam, id est, delirantem scholam concinnarunt. Quod nescio quis audax et indoctus supposuit Philoni Judæorum doctissimo, à quo figmento levissimo auctoritatem et pondus conciliare volebat. Illud verò in Antiquitatibus Biblicis invenitur, quæ scripte dicuntur à Philone, cum tamen ab illius ingenio

atque dicendi caractere quàm longissimè ab-
sint. Ille igitur non tam Philo, quàm Pseudo-
philo, cum dixisset, conservatum esse Agag
à Saule, quia pollicitus fuerat manifestaturum
se thesaurus absconditos, addit : « Et dixit
« Deus ad Samuelem : *Vidisti quomodo in mo-
« mento corruptus est rex argento, et visificavit
« regem Amalec et mulierem ejus ? Et nunc per-
« mitte ei, ut conveniat Agag mulierem suam in
« nocte hæc, et ipsum interficies in crastinum ;
« nam mulierem ejus consulerunt (quid hoc sibi
« velit, neque assequor, neque curo) quous-
« que pariat masculum, et tunc etiam ipsa mo-
« rietur. Et qui natus fuerit ex eâ, fiet in scanda-
« lum Sauli. » Et hoc extremum audivit à Sa-
« muele Saul. » Et postea in fine Antiquitatum
Biblicarum, cum sermo esset de morte Saulis,
addit : « Ipse autem incubuit super romphæam
« suam, et non potuit mori, et respexit retrò
« se, et vidit virum currentem, et clamavit ad
« eum, et dixit : *Tolle machæram meam, et
« mortifica me; adhuc anima mea in me est.*
« Et venit, ut mortificaret eum. Et dixit ad
« eum Saul : *Antequàm mortifices me, nuntia
« mihi quis es.* Et dixit ei ille : *Ego sum Edab
« filius Agag regis Amalecitarum.* Et dixit Saul :
« *Ecce venerunt super me verba Samuels, quò-
« modo dixit : Qui natus fuerit de Agag, erit tibi
« in scandalum.* » Hæc Pseudophilo. Tu illius
insaniam atque delirantem mentem aut ride, aut
luge. Quomodo non fuerit ab Amalecità inter-
fectus Saul, dicemus lib. 2 Regum, cap. 1.*

VERS. 53. — ET NON VIDIT SAMUEL ULTRA SAUL
ESQUE AD DIEM MORTIS SUE. Postquam actum est
de rege Agag, neque jam plus negotii Samueli
superesset, recessit à Saule, reversus in Rama-
tham; neque ulterius, ut prius facere consue-
verat, rediit ad Saulem consilii aut benevolen-
tiæ gratiâ, quia reprobatum sciebat à Domino,
neque ab illo quidquam sperabat sanum, aut
ex usu reipublicæ; servabat tamen antiquam
animi lenitatem et studium in patriam; neque
tamen Sauli aut cupiebat malè, aut bonum
invidetiam impediabatque; quin potius ipsius
infortunium lamentabatur assidue, orabatque
Deum, ut illius miseresceret, et quem à regno
dejecerat temporali, ad illud reduceret, aut
saltem ad æternum admitteret. Quarum hic
ex interpretibus aliqui, quomodo Samuel ad
mortem usque dicitur non vidisse Saulem,
cum constet ex cap. 19, à Samuele Saulem
esse visum. Sed est solutio non difficilis. Aliud
enim est videre, aut visitare, aut invisere offi-
ciâ seu amicitie gratiâ, quomodo prius Samuel

regem invisere solebat, ut illum scilicet admo-
neret ut pater, et ut vir longo edoctus usu
atque experientiâ in rerum administratione di-
rigeret, et in suscepto pro religione negotio
confirmaret. Hoc modo nunquam postea Sa-
muel vidit Saulem; aliud est, spectare oculis
quomodo imaginem spectamus, arborem aut
feram, quod casu sæpè contingit. Et hoc modo
Samuel vidit postea Saulem, cum eò appelleret
Saul, ut Davidem occideret, ubi Samuelem
tunc cum discipulis adesse contigerat. Et qui-
dem hominum sermone vulgari, à quo Scrip-
tura sacra non abhorret, ille aliquem videre
negatur, cum quo nullam habet familiarem
usum, etiamsi illum aliquando videre contin-
gat. Unde illud frequens : *Ille non me videt,*
hispanè, no me trata, id est, alienus est à meâ
consuetudine, neque in meis aut amicis, aut
domesticis, aut clientibus numeratur.

Porro licet Gregorius in Samuele optimum
his qui præsent documentum præbet. Qui ïa
in reprehendendo debent esse severi, et in
legum divinarumque mandatorum observantiâ
constantes, ita patriæ religionisque custodes
et vindices, ut tamen errantes, in quos severi-
tatis suæ gladium distringunt, ament, eorum
casum et errata lugeant, neque cum iudices
agunt, et divinæ indignationis administris,
paternam curam, amorem et sedulitatem abji-
ciant. « Quid est, inquit, quod lugeat, quem
« cernere dedignatur, nisi quia et cum zelo
« rectitudinis sancti doctores habent zelum
« magnæ charitatis? ipsa autem charitatis ma-
« gnitudo ostenditur, quia projectum regem
« plangere perhibetur. Quo ergo effectu electo-
« rum subditorum peccata plangunt, qui pro
« projectis reprobis plangere tam affectuosè
« didicerunt (1). »

(1) Les incrédules ne se lassent pas de former des accusations contre Samuel. Ils lui reprochent d'avoir été la cause de la guerre que Saul fit aux Amalécites; rien ne leur paraît plus injuste que d'avoir engagé ce prince à exterminer entièrement ce peuple, sans prétexte que quatre cents ans auparavant leurs ancêtres avaient refusé au passage des Israélites sortant de l'Égypte le passage sur leurs terres. Est-ce la véritablement tout le crime des Amalécites? Non seulement ils avaient refusé le passage, mais ils étaient tombés sur ceux des Israélites qui étaient restés en arrière, épuisés de faim et de fatigue, les avaient massacrés sans raison et sans crainte de Dieu. Les Amalécites avaient encore attaqué injustement une seconde fois les Israélites dans le désert; une troisième fois sous les juges; ils ne cessèrent de renouveler contre eux les hostilités. C'étaient donc des ennemis irréconciliables. Dieu